





B. C. D.  
DISSERTATIO JURIDICA 22 18  
DE

# TESTIMONIO PRINCIPIS,

QUAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN. FRIDERICO WIL-  
HELMO,

REGNI BORUSSIÆ, ELECTORATUS BRANDEN-  
BURGICI ET PROVINCiarum HEREDE.

&c. &c.

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA,

*Adiuvante illustri JČtorum Ordine*

PRÆSIDE

JOH. FRIDEMANN Schneider/

Phil. & J. U. D. Professore Juris Extraord.

& Facult. Philosoph. Adjuncto.

*Ad diem XVIII. Marti. MDCC IV. horis pomerid.*

Publico Eruditorum Examini proponit

AUGUSTUS FRIDERICUS BODE,

LL. Cultor.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

25

# THESSALOMONI PRINCIPIS

DU PRINCIPIO ALI  
HEIKO

JN HEDDINGA  
VITAE HEDDINGA

JOH HEDDINGA  
VITAE HEDDINGA

PUD. HEDDINGA  
VITAE HEDDINGA

VICEREGUS HEDDINGA  
VITAE HEDDINGA

ALB CHILOPSIS  
VITAE HEDDINGA

REVERENDISSIMO ET SERENISSIMO  
*PRINCIPI ac DOMINO,*

DOMINO

**H E N R I C O ,**

DUCI SAXONIÆ, JULIÆ,

CLIVIÆ ET MONTIUM, ANGARIÆ ET  
WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THURINGIÆ,  
MARGGRAVIO MISNIÆ, SUPERIORIS ET INFE-  
RIORIS LUSATIÆ, PRINCIPALI DIGNITATE  
COMITI HENNEBERGICO, COMITI MARCÆ,  
RAVENSBERGI ET BARBY, DOMINO RAVEN-  
STEINII, CAPITULI METRAPOLITANI  
MAGDEBURGICI PRÆPOSITO.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



REVERENDISSIME ET SERENISSIME  
**PRINCEPS,**  
*Domine Clementissime,*



Uam Tibi dissertationem of-  
fero, mole exiguum & nul-  
lius pâne cultus genere poli-  
tam, ea non tanti erat, ut ex-  
celfas cogitationes Tuas in se-  
converteret, neque TANTI NOMINIS prx-  
scriptione paullo ambitiosior ego abuterer,  
nisi pretium illi statueret argumentum, quod  
unice

unice pertractavit. Argumentum enim est  
de testimonio Principis, quod fides corro-  
borat, justitia protegit, publica firmat au-  
toritas, & gentium consensu adprobatur. Non  
igitur alii melius, nisi Principi, atque e pri-  
mis TIBI, SERENISSIME PRINCEPS, conse-  
crari debuit, ut virtutis TUÆ proprium es-  
set monumentum. Scio quidem ea, quæ a  
me proferuntur augustis TUIS oculis vix di-  
gna haberi, quod impares plane sint vires  
meæ laudibus TUIS nunc evehendis. Ni-  
hilominus expenso MAJORUM TUO-  
RUM ingenio istæ curæ a me depelluntur,  
qui semper in more sibi ponebant, ut vel de-  
mississimam voluntatem pro facto reputa-  
rent. Ideo in hanc veni opinionem, TE,  
quamvis tenue atque exiguum, a pietate ta-  
men devotissimi TIBI animi profectum ob-  
sequii specimen non dignaturum esse. Et  
eo facilius hoc me impetraturum confido,  
quo

quo propius meritis TUIS erga Reipubli-  
cam accedit, & a TE humiliore mentis sub-  
jectione ego contendeo. Faxit etiam DEUS,  
Saxonicae gentis conservator, ut inter sidera  
ejus sociata TUUM NOMEN semper splen-  
deat, donec in stellarum cœlo fulgor peren-  
nabit. Ita procul dubio eveniet, ut, quæ  
mirifica clementia TUA est, de propitio vul-  
tu Tuo mihi cum aliis porro gratulari pos-  
sim.

## SERENITATI TUÆ

Ex Academia Fridericiana  
d. 15. Martii 1704.

*devotissimus*

AUGUSTUS FRIDERICUS BODEN.  
Brumbiens. Magdeb.



## PRÆFATIO.



Tsī ea cupido in arcana Princi-  
pum rationes inquirendi me  
numquam incesit, probe gna-  
rum, has colli religiosius posse,  
quam curiosius examinari; cum  
tamen ad gloriam integræ fidei,  
quæ in Principibus emicare solet, maxime perti-  
neat, promissa ipsorum ac testimonia paulo alti-  
us rimari: Ideo nullus erit, qui hosce conatus me-  
os, ex veritatis amore suscep̄tos, vitio vertere  
queat. Si enim voluntati responderint meæ, tur-  
ba contemtorum causa sua excidet; si vero se-  
cus eveniat, adhuc ab æquis rerum æstimatoribus  
me veniam consecuturum esse, in præsenti con-  
fido. Nam, quod meditor juris argumentum,  
uti nec utilitate sua, ita nec difficultate caret, eti-  
amsi a plerisq; JCtorum sparsim expositum esse  
videatur. Ut ceteros taceam, in primis Mylerus  
ab Ehrenbach, JCtus magni nominis, excellentis

PRÆFATIO.

ingenii ac immensæ lectionis (quam libri ipsius editi passim testantur) laude conspicuus, *in Nomologia ordinum Imperialium* eamdem materiam non leviter tetigit. In qua tamen vel nimium adlegandi studium, vel neglectum tractandi ordinem, vel rationum pondera nonnulli desideraverunt. Meum sane non est, hos censorum fluctus componere, sed potius tanti ICti manes venerari, ac fateri ingue, ipsum quodammodo me habuisse præcursum, cuius ope atq; auxilio non parum proficerem. Unde etiam istius opiniones, quas rationibus veris communivit, pressæ sequar, sì vero intra auctoritatis limites tantum se contineat, tunc mihi, modeste ab eo discentienti, nemo prudentum succensebit. Antequam vero ad ipsam tractationem progredior, paullo adcuratius partitio ejus instituenda est, ut primum *de testimonio Principis ingeneri* agatur, deinde, *quod in causa propria praestat, deindeque, quod de causa aliorum tam sibi subjectorum quam extraneorum perhibet*, cum harum quælibet partium peculiares habeat quæstiones, pro viribus expendatur. Qua de causa supremum quoque Numen invoco, ut quod coeptum est negotium, ad gloriam nominis sui provehere velit.

CAP. I.

\* (5) \*

## CAPUT I. DE TESTIMONIO PRINCIPIS IN GENERE.

### S U M M A R I A.

**I**ntritus à regula:  
Tale testimonium, qualis testis.  
Probatur hec

- (1) ex Lege quadam Romana
- (2) ex testis idonei conditionibus §. i.

De idoneis testibus agitur.

Ex numero illorum Princeps est:

Quod iterum LL. confirmatur. §. 2.

Conditions in Principe teste here-

quiruntur

1. integritas fidei.

Demonstratur, tum à Principis sa-  
lute, tum ab ejus gloria.

Exemplis Augusti, Alphonsi aliorum-  
que illustratur.

Ex sententia Philiippi Hassie Land-  
gravii characteres boni Princi-  
pis enarrantur.

Contractus Principis omnes bone si-  
dei esse presumuntur. §. 3.

Refutatur illorum sententia, qui Prin-  
cipi fidem fallere permitiunt vi  
domini eminentis.

Rationes petuntur

- (1) ab incommodis,
- (2) à modo exercendi dominium  
eminens.

(3) ab objecto ejus dominii, quod  
nequeunt esse scelera.

P' atonis dispendit circa dictio-  
nem falsi, expenditur.

Responsio Electoris Mauritiū lauda-

cum.

Princeps non debet sophista esse,  
Ratio, quia LL. quidem civilibus,  
non tamen veritatis regulis solu-  
tus est.

Testimonium Zechii subjicitur. §. 4.

Expenditur questio: An testimonio  
Principis sine prævio juramento  
credendum sit?

Negantum sententia refertur:

Sed preferunt ea, que affirmanti-  
um est

Rationes hujus,

1) quia fides Principis loco juris-  
jurandi est.

2) quia jurandi hec necessitas

L. Civili tantum introducta.

3) quia pacto & statuto etiam  
privatis remitti potest.

In quibus regnis & provinciis testes  
non jurati admittantur.

Restrictiva ejusmodi statuti interpre-  
tatio commendatur & ad Princi-

pis testi-

A 3

6 CAP. I. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

pis testimonium non juratum ad-  
plicatur.

Dubium Myleri ab Ehrenbach, solvi-  
tur distinctione.

1. inter juramentum assertorium  
& promissorium.

2. inter exactionem juramenti a  
L. Civili, & eam, que est a L.  
fundamentalis recepta. §. 5.

Altera conditio Principis testis est.

II. Illustris dignitas  
Nobili ergo magis, quam plebojo cre-  
dendum esse, colligitur.

Privilegia testis nobilis,  
(1) de non reprobando,  
(2) de personaliter non compa-  
rendo,  
(3) de testimonio in scriptis de-  
ponendo.

A testimonio nobilis ad Principis  
testimonium V. C.

Ubi enim major dignitas; ibi va-  
lidior est veritatis presumptio.

Exemplum de testimonio Principis  
manu sua signato & subscri-  
pto.

Item de principis quietantia a suc-  
cessore ejus non impugnanda.  
§. 6.

Ex his questio oritur: An princeps  
numero egregiarum persona-  
rum continetur?

Processisti affirmant.  
Verior tamen, quia juri publico con-  
venientior, sententia negativa  
eligitur.

Ratio, quia maiestas est dignitas &  
potestas omnibus supereminens.

Dubium a distinctione inter Princi-  
pes absolutos & Principes im-  
perii dissipatur.

Superioritas enim territorialis est  
maiestatis emula.

Mylerus ab Ehrenbach notatur.

Concluditur: Majorem esse Principis  
dignitatem, quam ut personis  
egregiis adnumerari possit. §. 7.

Tertia conditio Principis testis

III. Presumpta infallibilitas.  
Nullus testis sine auctoritate.

Hoc autem probatur partim ex II.  
partim ex natura auctoritatis.

Transitus ad Principem, cuius infal-  
libilitas,  
distinguitur ab ea, que Pontificis  
est,  
restringitur tantum ad negotia  
civilia.

fundatur  
(1) in presumptione summa per-  
fectionis.  
(2) in comparatione status pu-  
blici.  
(3) possessione divini vicaria-  
tus.

Illi non quidem explicite, bene tamen  
implicite hanc infallibilitatem  
tradiderunt.

Testimonium Alexandri Raudensis  
hanc in rem laudatur. §. 8.

Restitutio iuris auctoritatis ad Prin-  
cipes

## IN GENERE.

cipes tantum absolutos, quam-  
Mascardus & Mynsingerus defen-  
dunt, rejicitur.

Eadem Principi imperii vindicatur.  
De quo probatur, quod vel idem  
vel plus possit, quam Imperator:  
Ratio illius, quia quilibet Princeps  
in territorio suo Imperator est;

Ratio hujus, quia multo liberius jus  
sacrorum, fidei et LL. con-  
dendarum exercet.

Statu controversie formatur de Prin-  
cipe tam absoluто, quam imperii,  
qui circa testimonium Principis  
servandus est. §. 9.

### §. I.

**N**on tantum ex perpetua JCTorum traditione, pe-  
nes quos fori regnum fuit, sed & ex ipsis etiam  
legibus atque juris ratione confirmatur: *Tale  
testimonium esse, qualis sit testis.* Unde Imperator  
Hadrianus Junio Rufino Proconsuli Macedonia, bene re-  
scripsit, *testibus se, non testimoniois, crediturum.* L. 3, §. 3. ff. de testib.  
Maxime si ea attendantur, quae ad fidem testimoniū exploran-  
dam comparata sunt. Ut nimirum inquiratur in produ-  
cendi testis statum, mores, & affectus. His enim condi-  
tionibus probe observatis quisque judicum veritatem cer-  
tius indagare & calumniantium iniquitatem melius repel-  
lere potest.

### §. II.

Quodsi igitur ab illis præcipue exigendum est testi-  
monium, qui summæ atque integræ opinionis sunt. L. 18. C.  
de test. & quibus lux veritatis potius adsistit, L. 21. §. 3. ff. de test.,  
nec fides eorum vacillat L. 1. pr. ff. b. t. procul dubio ad Prin-  
cipis testimonium respici nos oportet, quod sincera fide se  
commendat. Etenim Princeps, qui tamquam custos jura  
tetur, L. 35. pr. C. de inofficio. test. & velut Dei in his terris  
vicarius veritatem colere solet arg. L. un. C. de dedit, libert.  
toll. ea tantummodo in testimonio suo deponere videtur,  
quæ re ipsa gesta fuerunt.

### §. III.

## 8 CAP. I. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

## §. III.

Neque enim Principis solum quam maxime interest, fidem sacrosanctam haberi; sed etiam quia majestatem ejus dedecet, si vel suspicio perfidiae aut mendacii fraudisve in ipsum cadere videatur Pufendorfius de J. N. & I. L. IV. c. II. §. 2. Talis itaque esse debet Princeps, testimonio suo instruens judicem, ut cum Augusto dicere possit, bona fidei sum: & cum Eumene potius vitam ponere velit quam fidem, ut ex Historicis illos ad imitationem proposuit. Hugo Grotius in l. 2. de J. B. & P. c. XIII. §. 22. Qua fidei cura imbutus Alfonus Rex Hispaniarum dicere solebat: *Tantum valere debet apud Regem verbum simplex, quantum privatorum hominum jusjurandum Panormitanus Lib. 1. de dictis & factis Alphoni apost. 58.* Et Isocrates in Orat. ad Nicoclem de Reg. Institut. præclare moneret: Regem, ut perpetuo tantum studium & reverentiam præ se ferat, quo ejus verbis major sit fides, quam aliorum juramentis. Unde ex illis notis, quibus bonum Principem censebat augustinus memoræ Princeps, Philippus Hassia Landgravius, nempe ex proba moneta, securis itineribus hanc præcipuum esse jussit, ex fidei promissorum & testimoniorum. Waremundus ab Erenberg de reg. subsid. c. 5. n. 37. Quæ etiam integritas fidei efficit, ut licet in conventionibus suis Princeps jure privatorum utatur. Sylvanus Conf. 34. n. 28. nihilominus contractus omnes cum Principe initi bona fidei esse præsumantur apud Befol- dum 4. Conf. 150. n. 27.

## §. IV.

Hanc autem bona fidei gloriam in Principe graviter obscurant, qui periculose statuunt à Principe vi dominii eminentis fidem posse etiam non præstari. Quod si conceditur, nemo rursus huic Principi fidem habebit, nemo ejus legatos admitteret, nemo foedus cum illo iniire volet, inanes erunt.

IN GENERE.

erunt omnes ejus pactiones, nulla denique spes belli finiendi, nisi per cladem ac victoriam, superesse poterit. Notandum igitur contra est, dominium illud eminentis Principi non promiscue competere, sed habito publicæ utilitatis & honestatis respectu. Hugo Grotius *de J. B. & P. L. 2. c. 14. §. 7. & l. 3. c. 19. §. 7.* Bœclerus in *Comment. ad Hug. Grot. L. 1. c. 1. §. 6. p. 62.* Hennings in *Comment. ad Hug. Grot. ll. cit.* Alas enim si ad mala extendi posset, non jus amplius, sed eminentis injuria erit. Perillust. DN. de Rhetz *de absoluta Principiis potestate cap. 2. §. 19.* etiamsi sub obtentu publicæ necessitatis fiat. Nèque enim hæc à nexu obligationis aliquem eximere potest, quia accidens est, quod formam negotii tollere nequit: neque metus omnis officit. vid. Per-illust. DN. de Rhetz *L. 3. Inst. de J. P. T. 2. §. 3. 4.* Evidem Plato *de Republica L. 3.* publicum imperium habentibus concedit falsum dicere, sed neque illud nisi sub hac distinctione admitto, in quantum jus alterius dictione falsi non laeditur, quam ob causam bellica strategemata permiserunt. Onosander *in strategico.* Henricus Rantzovius *de strategematis.* Frontinus *de strategematis*, Accedit, quod idem Plato, optimus sententiae suæ interpres, l. c. Deo, quamquam jus summum in homines habenti non convenire mendacium, recte agnoscat, quia infirmitatis nota est ad hoc configere. Hugo Grotius *de J. B. & P. L. 3. c. 1. §. 15.* Unde ob eximiam quamdam animi celsitudinem fraudum genera a personis illustribus semper repudiata fuerunt. Heroica olim erat Mauritii, Electoris, responsio, quam Carolo V. Imperatori, subtilem juris civilis interpretationes contra indultam Philippo Landgravio libertatem querenti, egregie præstítit: *Ego, inquiens, existimabam mibi rem esse cum Principe, non vero cum sophista.* DN. D. Bechmann in *Comment. ad A. B. Exercit. 2. n. 19.* Quare minus ferendum est, quod nobilis quidam

B

scriptor

10 CAP. I. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

scriptor, cuius Carpzovius meminit ad Leg. Regiam c. 13. secl. 9. n. 25. Principi aliquando commendavit: *In regnis non habere locum regulas Logisticorum ac definitiones.* Verum quidem hoc est, quod Lex & Rex jubeant, non disputent. Ex quo tamen inferre non licet: Si Princeps Legibus suis solutus est, ergo à regulis investigandæ & tuendæ varitatis, quas Logica proponit, statim absolvendus erit: Princeps his subesse debet, aut veritatis amans esse non potest. Conf. B. DN. de Seckendorff im Deutschen Fürsten-Staat Pr. 2. c. 7. num. 27. Quanta enim virtus ac quantum decus constantia est & veracitas in Principe; tantum e contrario vitium ac dedecus ejus inconstantia & fallendi cupidio: cum in Principe, cui cives regere exemplo convenient, virtutum cumulus exigitur. Lælius Zechius in Polit. c. 6. n. 41. Lipsius L. 2. Polit. c. 9. Unde doctrina, quæ fallendi artes docet, hominem homini & civitatem civitati infaciabilem reddit, cum primis fugienda est Principi. Per - Illust. DN. de Rhetz L. 1. Tit. 1. de J. P. S. 59.

§. V.

Quæ cum vulgationa sint, quam ut aliquem fugere possint, propterea tamen hic mihi repetenda erant, ut cuia & circumspectio Principis in servanda fide magis adpareret, ac ejus testimonio haut exiguum robur accederet. In primis quod illi, qui forense vitæ genus elegerunt, gravissimas lites de eo movere soleant: an Principi, sine testimoniali juramento perhibenti testimonium suum, in foro credendum sit? Nemini enim ignotum est, judicem teneri, ut testes omnes ac singulos juramento solemnni, de sincera veritate super quæsitis negotiis in utramque partem sine ullo affectuum præjudicio, prout illa cuique constiterit, dicenda, regulariter ante examen obstringat. L. jurisjurandi. 9. C. de test. §. cap. Nuper si, X. de testib. Ex cuius jurisjurandi religione

## IN GENERE.

gione cum testium fides potissimum dependeat, ab eo ne quidem Principis personam, licet sub fideli sua promissione bei Fürstlichen Würden oder Treuern se se offerat, exentam esse volunt. Rennemann de legitima testium productione Disp. XXIV. §. 38. p. m. 325. Bachov. volum. 2. ad Trentler. Disp. 5. lib. 6. Quamquam vero satius esse arbitror, regulæ in L. jurisjurandi 9. C. de testi. fori studiosos inhärere, atque hoc juramentum ad necessarium testimonii solemnitatem referre, quo etiam respiciunt præiudicia, que Rulandus de Commiss. P. 2. lib. 2. c. XI. n. 20. & 45. cumulat, clare ostensurus, quod testimonium Principis sub corporali juramento dicere debuissent. Nihilominus quia fides Principis pro iurecurando valet, non tantum in promissionibus ejus, Hugo Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 13. §. 22. Mylerus ab Ehrenbach in Nomologia cap. VI. Carpzovius ad L. Reg. c. 3. Sect. 8. n. 8. sed etiam in dicendis testimoniosis. Mynsingerus Cent. I. O. 17. Gailius 2. O. 59. num. 6. Carpzov. P. I. Dec. 87. n. 12. ut itaque juramentum testium ob summam fidei sua constantiam ac dignitatis eminentiam, de qua paulo post dicturus sum, Princeps declinare possit, nihil impedit. Cum alias quoque persona in dignitate sublimi constitutæ, a juramento subleventur, quod ceteri in pari subeunt daß nemlich dieselbe mit cbrperlichen Eyden nicht belegen werden. Conf. Ordin. des Regim. zu Wormbs A. 1521. §. und sollen die Personen. Ibi digna lectu sunt verba ausgeschieden Chur - Fürsten und Fürsten R. I. de A. 155. §. und da ein Churfürst. Evidem Mylerus ab Ehrenbach t. f. Sect. 2. n. 22. opiniōnem superius traditam, ita limitavit, nisi juramentum necessario Lex aut pactum a Principe requirat. Talis autem limitatio mihi minime officit, quoniam de juramento adsertorio Principis tantum ago, ille vero de promissorio non ex Lege Civili, quam ego intellexi, sed ex Lege fundamentali circa imperii auspiciūm exigendo

B 2

&

12 CAP. I. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

& præstanto, sollicitus fuerit. Quemadmodum igitur a Lege Civili introducta est hæc testis jurandi necessitas & solemnitas, non autem a jure naturali, cui minus obstat, testem etiam juratum arguere mendacii. Pufendorfius de J. N. & G. lib. V. c. 13. §. 9. Ita nec Principem, sive absoluto sive restricto regimine utentem, adeo constringere valuit, ne vel contraria Lege eam tolleret, uti de Regno Bohemiae, Archiducatu Austriae, aliisque regnis ac provinciis testantur Gai- lius 2. O. 59. n. 14. Hunnius in *Encyclopædia jur.* Pr. 2. t. 19. c. 4. n. 3. Præses in *Disput. inaug. de morte loco jurisjur.* c. 3. §. ult. vel tali privilegio Proceres donaret, quod in Suecia rece- dum esse, monet B. Brunnemann in *Process. Civil.* cap. 20. n. 65. vel denique semetipsum propria auctoritate eximeret. Ceterum ex ea ratione perductus sum in hanc sententiam, cum statuta & consuetudines, quaæ testes etiam non juratos admittunt, non ad quemlibet plebejum aut privatum pro- miscue extendantur, sed ad personas fidei ac vita integritate conspicuas restringantur. B. Brunnemann in *Processu inquis.* cap. 8. m. 2. n. 44. Gailius 1. O. 101. n. 13. Farinacius de *testibus* qu. 74. n. 58. Nihil vero est, quod lumine clarius præfulget in Principe, qui ceteros fortuna præcellit, quam recta fides. Narta *Conf.* 30. n. 1. Pistorius vol. 1. *conf.* 12. n. 47. Thoming. *Conf.* 24. qu. 2. n. 4. Ideo Principi semetipsum in testem ad- ducenti, tametsi non juranti, de illo autem sub fide sua at- testanti, quod ipse vidit, aut ei plane notorium est, ad con- demnationem usque credendum esse, docent. Julius Clarus *Sent.* L. 5. §. f. qu. 3. n. 21. Gabriel Tr. de *Probat.* L. 1. concl. 2. n. 32. Mascarodus de *Probat.* L. 1. concl. 139. n. 15. Seraphin de *Seraphims de Privileg. juram.* 30. n. 41.

§. VI.

Porro magnum ad ferendum testimonium momentum  
habet testis dignitas, ex qua ejus fides probatur L. 2. & L. 3.  
§. 2.

## IN GENERE.

13

§. 2. ff. de test. cap. 32. X. de test. & cum alii aliis contrarii sint,  
testibus dignioribus creditur Nov. 90. c. 3. Ita testi nobili  
magis, quam plebejo credi, JCtorum traditio est. Tiraquel-  
lus de Nobilitate c. 20. n. 33. Stephani de Nobilitate c. 6. n. 17.  
Noldenus de Nobilitate c. 10. Kreidemann vom Deutschen  
Adel qu. 4. Mascardus de Probat. Conclus. 1097. Neque testes  
illustres & nobiles reprobari posse, docet Richter P. i. Conf. 3.  
n. 2. Et Rutgerus Rulandus, non contemnenda auctoritatis  
JCtus, testatur in Tr. de Commis. Pr. 2.c. 12. n. 13. Se scire hoc in  
praxin forensem deductum esse, ut in nonnullis Germaniae  
locis, ad testimonium dicendum nobiles aliæ personæ  
illustres comparere non teneantur, sed sufficere, si per scri-  
pturam deponant, unter ihren Handschriften und Witschaff-  
ten. Hæc si perpendantur adcuratius atque ad ipsam Le-  
gum adductarum vim ac potestatem, non æque ad vulgi  
opinionem exigantur, facile constabit, ea, quæ de testimo-  
nio nobilium privilegiato dicta sunt, multo magis in Prince-  
cipis testimonio procedere: quippe quo major Principis  
dignitas est, eo fortior etiam pro sapientia ac luce dignitatis  
inde adsertio manu & Sigillo Principis munita, ut juratum  
testimonium recipi solet. Cothmannus Vol. 2. Rep. 60. n. 6.  
Tabor in Collat. jur. Rom. & Hungar. §. XIX. Ex eadem quo-  
que ratione hoc propullulat, ut quietatio manu Principis  
subscripta, quæ rationes cuidam officialium suorum re-  
mittuntur, ab ejus successore impugnari nequeat. Decia-  
nus Rep. 25. n. 17. 56. Tabor de Obligat. Success. in off. c. V. n. 8.  
Brunnemann Conf. 1. n. 51. DN. de Lyncker Cent. 3. Dec. 83.

## S. VII.

Atque hæc Principum & nobilium comparatio, quam  
præmisisti, nonnullas pati remoras videtur, ab illorum senten-  
tia mihi objectam, qui Principes numero personarum egre-

B 3

giarum



14 CAP. I. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

giarum comprehendunt Nicolai, in Process. Disp. XIV. Iustus Reuber in Tr. de Teſt. p. m. n. 12. Setser L. 3. de juramentis c. 7. n. 5. Popularis autem iste Pragmaticorum error est, aduersa fronte pugnans cum summa Principum dignitate. Adeoque nemini illorum facturus sum injuriam, si pro merito suo his rationibus a me confodiatur. Majestas enim, qua Principes coruscant, summa ac omnibus supereminens potestas est. Zieglerus de juribus Majest. L. 1. cap. 1. §. 8. ergo infra ejus culmen positum erit, si certo dignitatis gradu adscribatur. Neque ad rem facit distinctio inter Principes absolutos & inter Principes Imperii Romano-Germanici; quia nullum est dubium, quin superioritate territoriali hi reliquos status praecedentes, plane æmulam majestatis habeant potestatem. DN. de Lyncker. in Comment. de superioritate territoriali per tot. utut alii scholæ terminis utentes non proprie, sed analogice dictam Majestatem illis male tribuant, ac si jus superioritatis territorialis a majestate tamquam effectus a causa sua differret. Mylerus ab Ehrenbach in Tr. de Stat. Imp. cap. 36. n. 17. cum tamen jure feudi & vi officii principalis ac territorii competens. Illust. DN. Coccejus Jurispr. Publica cap. 21. §. 15. contineat omne jus potestatis civilis, adeo, ut contrarium statuentes, illud probare debeant. Christophorus Mingius de superioritate territoriali th. 53. Boëclerus in Notitia Imperii L. s. c. 2. n. 1. Unde ex his sequitur, majorem esse cujusque Princiqis dignitatem, quam ut inter personas egregias connumerari debeat. Sicut enim fons non est ipse rivulus, nec stipes pro surculo habetur, nec paterfamilias accensetur famulis, ita Pragmatici sine ulla ratione ac veri specie Principem inter personas egregias, tametsi omnibus his longe superiorem, hucusque collocaverunt.

§. VIII.

## §. VIII.

Præterea non leve pondus addit testimonio auctoritas testis L. 3. §. 2. & 4. ff. de test. quæ in perspecta aliis opinione perfectioris consistit: ac proinde ex parte intellectus notitiam, qua quisque testimoniū possit: ex parte autem voluntatis bonam intentionem, ut idem velit vera dicere, omnino requirit. Hinc quo major perfectio est intellectus & voluntatis in aliquo mortalium, eo firmius etiam testimoniū perhibere potest. Religio autem obsequii nostri postular, ut in Republica Principis auctoritatē merito aliis præferamus: maxime, quod hanc infallibilitas Principis satis super- que confirmat. Qua tamen adserta, non statim immunitas ab omni erroris periculo Principi tribuitur, quam Pontifici in Pontifice suo admirantur, ac Protestantes Theologi æque ac JCTi solide refutant, unus instar omnium mihi hic adducendus est Illustris DN. Stryckius in elegantissimo Tr. MSC cui titulus: *Præsidium Religionis Evangelicae ex jure Canonico tit. 2. de Pontifice Romano* ib. 7. 8. ubi ex ipsis canonibus crassum hunc errorem optime castigavit. Verum aliter se res habet cum Principis infallibilitate, quæ in civilibus negotiis sola spectatur, in comparatione status publici fundatur, ac præsumptione summæ perfectionis unice nititur. Nam ci- vis officium, uti dictum, exigit, Principem semper talem præsumere, qualis esse debet. Excell. DN. Becmannus in *Conspicuum Morali cap. IV. p. 40.* & in *Conspicuum Polit. cap. XIV. p. 67.* Ipse enim est, cui major præ aliis hominibus fides adhiben- da, utpote qui supra mortalium sortem electus, Dei vica- riatum in his terris gerit ac sustinet, Deique nomine ex me- ritis suis ornatur. *Exod. XXII. 28.* Unde Principem pro se maximam habere virtutis ac dignitatis præsumptionem, recte adstruit. Schraderus de Feud. P. 2. P. 9. Seß. 12. n. 19. Quo cum alii JCTorum consentiunt, qui præsumptam Principis in- falli-

## 16 CAP. I. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

fallibilitatem, licet non expressis verbis, tamen re ipsa defendunt. Richter *P. 3. Conf. 13. n. 33. fol. 98.* Goden in *Conf. 103. n. 116.* Grammaticus *Dec. 65. n. 68.* Arumæus *lib. 1. Dec. 1. n. 47.* Perquam vero eleganter Alexander Raudensis *Conf. 34. n. 97.* eam depingit: *Princeps, ait, pro se semper habet illam presumptionem, quod quidquid agit, agat ex causa justa.* Nam veritas presumitur in Principe & justitia, & causa justa sic presumitur in eo, ut non admittat probationem in contrarium. Quare Principis testimonio, quod hæc presumta infallibilitate fulcitur, plus roboris convenire, quam dicto cuiusque testis privati, etiam si jurati, paulo post latius exponam.

## §. IX.

Verum quæ de presumpta Principis infallibilitate, & ab eadem pendente testimonio, pro instituti ratione differunt, ut illi fides haberetur, nec admitteret contrarii probationem, plerique JCTorum in Principe superiorem in his terris non habente, uti Papam & Imperatorem esse volunt, tantum procedere, in aliis vero, cujusmodi sunt Principes Imperii, prorsus fallere, sibi persuaserunt, quorum opinionem proponunt Mascardus de *Præsumt.* & *Probat. Conclus. 1227. n. 27.* 28, 34. & Mynsingeruss. O. 34. n. 3. seqq. Sed postquam antiquorum Imperatorum potestas desuit, ut hodie quilibet Princeps Imperii tantum posset in territorio suo, quantum Imperator in universo Imperio. Reinkingius de *Regim. Secul. & Eccles. L. 1. cl. 5. c. 1. n. 64.* Sprenger in *J. P. p. 187.* Ulricus de Eyben & Rudolff de Schulenburg, qui integris *Tr. hanc juris publici sententiam declaraverunt. Immo etiam exinde constat, Principes Imperii plus posse in territoriis suis, quam Imperatorem.* Nam foedera hinc inter se & cum exteris libere inire *Instr. P. art. 8. §. gaudeant.* Burgoldensis *ad h. 1. p. 1. d. 10. n. 18.* Leges etiam propria auctoritate ferre possunt. *Quæ omnia Imperatorem non solum, sed tunc cum*

IN GENERE. 17  
cum statibus decent. Quin etiam jus circa res sacras earumque cærimonias non solet sibi vindicare Imperator, sed hoc ipsi Papæ relinquit, cum tamen Evangelici Principes illud palladium manibus suis extricari nullo modo patientur. vid. Illustris DN. Stryck de jure Principum papalium & Excellent. DN. Thomasius de jure Principis circa adiaphora. Hinc illa distingendi subtilitas, etsi a Practicorum antesignanis commendata sit, hic sine censura dimitti non poterat. Præsertim quia cum historia & principiis juris publici ei plane non convenit, & præterea Principum Imperii testimonia nimis elevare videbatur, quorum tamen non potestrema ratio in præsenti opusculo habenda erit. Quibus igitur hæc aliquantulum dura censentur, ab illis, ut ejus rei mihi gratiam faciant, vehementer contendimus. Ad me quod attinet, omnem nunc daturus sum operam, ne circa testimonium Principis occupatus, vel Principes imperii cum absolutis confundam, vel illis temere hos opponam: Ideoque ad statum controversia melius servandum, talem hic intelligo Principem, qui summo imperio aliis regendis præst, vel qui Principatum tenet, sive jure suo, sive alterius beneficio, ad hunc pervenerit.

## CAPUT II.

### DE TESTIMONIO PRINCIPIS IN CAUSA PROPRIA.

S U M M A R I A.

Connexio. §. I.  
Declaratio causa propria admentem Ulpiani. §. II.  
Ergo causa propria Principis non agitur in negotiis imperii & officiis,

Distinctio Grorii inter adg Regis privatos & regios hic commendatur.  
Disensus Mevii.  
Argumentum a judge ad testem in causa propria enotatur.

Exem-

C

18 CAP. II. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

*Exemplo magistratus inferioris illustratur. §. III.*

*Duo Reipublica sunt tempora, belli & pacis.*

*Adplicatio illorum ad Principis testimoniū.*

*Principi ergo de belli iustitia attestanti credendum est,*

*Demonstratur (1) a possessione juris belli gerendi (2) a presumptione iustitiae, qua pro principe militat (3) ab imputatione peccati, quod bello injusto committitur.*

*Excipitur notoria belli iustitia. §. IV.*

*Idem testimonium ad bellum tam offensivum, quam defensivum reducitur.*

*Hypothesis de bello ex utraque parte iusto examinatur.*

*Cautela de bellis non ampliandis, sed restringendis.*

*Ratio ejus, quia remedia sunt subsidiaria. §. V.*

*De testimonio circa bellum religiosonis causa susceptum.*

*Oldradi cautio commendatur.*

*Argumentum L. 19. ff. de Novat. evolvitur.*

*In auctoritate Principis adquiescendum est, ubi obscura belli causa.*

*Exemplum de Vasallo adducitur. §. VI.*

*Testimonium Principis de indigenitia ararii*

*(1) quoad valorem,*

*(2) quoad probandi modum.*

*Causam tributorum non esse Principis*

*a) propriam, nec*

*b) lucrativam*

*Contra Mylerum ab Ehrenbach defenditur.*

*Duplex ejus falsa hypothesis refutatur.*

*Cravetta limitatio recitur. §. VII.*

*Idem testimonium de iustitia tributorum, quorum necessaria conditiones.*

*Pro Principe, ea exigente, est iustitiae presumptio.*

*Modus contribuendi describitur.*

*Subditorum querele de gravitate tributorum sunt signa pigritiae & luxurie.*

*Moralistarum objectio solvitur.*

*Principis presumptionem non elidit dubitatio subditorum. §. VIII.*

*Principis judicium de judiciali consuetudine valet.*

*Ratio.*

*Exemplum de stylo curie feudalis.*

*In consuetudine extrajudiciali minus procedit.*

*Ratio.*

*Neque principis assertioni de re notoria credendum est. §. IX.*

*Distinctione inter consuetudinem intro-*

## IN CAUSA PROPRIA.

introducendam & introductam	Valor hujus testimonii.
dubium averritur circa attestatum Principis.	Ratio.
Argumentum a judicis attestato ad Principis testimonium ducatur.	Exempla adferuntur. §. XI.
Huic plena fides tribuitur, si actus speciales consuetudinis exprimat. §. X.	Mylerus ab Ehrenbach iterum notatur.
De Testimonia Principis circa factum proprium.	Jura maiestatica non pertinent ad causam principis propriam, sed publicam.
	Illustratur exemplo judicis inferoris. §. XII.

### §. I.

**S**ic etiam præfatus sum, quæ ad testimonium Principis in genere pertinuerunt, iis vero nondum satisfeci, quæ materiae hujus ubertas desiderat. Tanta enim a voce principali vis pendet, ut defuisse officio videatur, si quis non in Legibus modo, sed & in testimoniis se explicanti, paruerit. Adjiciendum itaque uberioris est, quanti testimonium Principis in causa propria valeat.

### §. II.

Ut autem probe intelligatur, an & quando Princeps in propria causa testis esse possit, ex legibus pariter atque Ictorum rationibus eruendum est, præ ceteris quid adpellatione propriae causæ hic veniat, & quomodo illa a non propria distinguiatur? Cui quæstioni vix quisquam deliberatus respondit, quam ipse Ulpianus Ictus in L. I. §. II. s. quand. adpell. palam est eam esse propriam causam, cuius emolumumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. Quare illa demum causa Principis propria esse judicatur, quæ ad ipsum privatim & proprio jure pertinet.

### §. III.

Ex his consequitur, quidquid ad summam Principis potestatem tuendam, ejusque regalia jura exequenda spectat,

C 2

20 CAP. II. DE TESTIMONIO PRINCIPIS  
stat, publicam causam esse, nec solius Principis propriam,  
quam ipse defendere non tantum potest, sed etiam per  
officii sui rationem obligatur. Cujus vigore ut ipse Prin-  
ceps ceu supremus judex, de illis juribus statuere, litesque  
inde ortas componere ac decidere potest, ita multo ma-  
gis ipse testimonium perhibere tenetur: neque enim de  
propria causa, sed de publica testatur, tametsi in redditibus &  
utilitate ejus utcumque consistat. Hanc ineleganter ea  
de causa Hugonem Grotium L. 2. de J. B. & P. c. XIV. §. 1.  
n. 2. distinxisse, censeo, inter actus Regis, qui regi sunt,  
& actus ejusdem privatos. Nam in regiis actibus, quæ  
Rex facit, eo loco habenda sunt, quasi communitas face-  
ret: In tales autem actus sicut leges ab ipsa communitate  
factæ vim nullam habent: ita nec principem tamquam  
testem minus idoneum ab his excludere possunt. Nam  
causæ publicæ, quæ ad officium Principis & exercitium  
Majestatis suæ pertinent, non sunt causæ illius propria,  
quia eas non exercet nomine suo & proprio commodo,  
sed ut persona publica, quæ ratione imperii publici totani  
Rempublicam repræsentat. Quemadmodum vero causa  
publica Principi aliena esse censetur, non propria, et si Max-  
vius P. 5. D. 323. n. 7. hic dissentire videatur, inque illa vero  
judicem posse judicare, clarissime tradit Gaius I. 0.39. n. 4.  
nulla superest amplius dubitandi ratio, quæ Principem hoc  
casu a dictione testimonii repellat aut suspectum reddat.  
Quamvis inde aliqua commoda percipiat, nihilominus  
sciendum est, nec inferiorem magistratum a judicando &  
restando in causis fisci sui repellit, etiamsi hinc quoque fa-  
laria sua capiat. L. 2. C. ubi caus. fisc. L. pen. C. ubi caus. stat. Ag.  
& integer tit. C. si adversus fiscum restitutio postuletur.

Et quoniam duo sunt Rēpublicæ tempora, in quæ  
omnis

## IN CAUSA PROPRIA.

21

omnis ejus gubernatio, & cunctorum, quæ luc respiciunt, studiorum atque artium ratio distinguitur, ut vel ad bellum, vel ad pacem referantur: Ideo opera fracturus sum pretium, si habita utriusque ratione testimonium Principis excutiam. Sic Principi bellum justum adserenti credendum esse a subdito, haec rationes demonstrant. Primo Princeps in possessione juris belli gerendi versatur, ut solus extremam necessitatem causari posse, qui judicem supra se in terris non habet, quo deficiente bellum incipere, latius probat Grotius *L. 2. de J. B. & P. c. I. §. 2.* Deinde pro Principe militat presumptio justitia, scilicet eum semper talem esse, qualis vult videri. Quare obsequium decretare aut fidem non habere Principi testificandi debet, belli justitia, vel dubio vel scrupulo urgente, peccatum subditi certum est, sed dubitatio illa aut agitatio scrupuli metum incerti peccati comprehendit, quo jus Principis tolli non debet. Denique si quod eo tempore peccatum committeretur, non subditi, sed proprie Reipublicæ impunitandum esset, ejusque moderatori, qui Princeps est, in primis quod subditi facultate de statu publico judicandi carent. Quamquam aliud omnino afferendum sit, si de iniustitia belli certo constet, quia tunc subditus bello absinere potest, cum nemo cuiquam obedire tenentur, nisi in quantum est subjectus, sed in rebus turpibus, ut imperium, ita etiam subjectio cessat. Accedit, quod notorietate belli iniusti, elidatur ea presumptio, quæ Principis testimonium confirmabat. Bürgerus in *Dec. Milit. 1. Obs. ii.* Hugo Grotius *L. 2. de J. B. & P. c. 26. §. 1. & 2.* Ziglerus in *Comment. ad h. l. Pufendorfius de J. N. & G. L. 8. c. 1. §. ult.*

§. V.

Quamdiu vero haec iniustitia belli non adparet, Principis testimonio plena fides adhibenda est. Maxime etiam

C 3

hanc

22 CAP. II. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

hanc ob causam, quia bellum ex utraque parte justum datur. Cum enim ex una parte jus, ex altera invincibilis occurrit ignorantia. Ecce si quis teneat provinciam ex invincibili errore, quum huc usque crediderit, eamdem jure sibi convenire, deinceps autem verus dominus superveniat, bello provinciam sibi vindicaturus: quo casu ex parte prioris justum bellum est defensivum secundum justitiam externam, quamdui in bona fide est istius provinciae possessio, id quod accidit, ante declarationem juris sui liquidam; ex parte posterioris justum est bellum offensivum, secundum justitiam internam, puta propter dominium, quod majorum suorum negligentia non tam amissum, quam interceptum fuit, prout non vulgaris praescriptio, sed immemorialis contra provincias Regum & Principum currit, quarum illa tantum hic supponitur. Excell. DN. Textor in *Synopsi Gent. c. XVI. n. 21. 27.* Franciscus a Victoria in *Select. Moral. V. §. 3. n. 16.* Hugo Grotius de *J. B. & P. L. 2. c. 23. §. 13. n. 2.* Interim quia in bello vix evenire solet, ut temeritas saltim omnis absit, hinc bellum utrinque gerendum est per modum subsidii, quod aliter jus obtineri nequeat. Hugo Grotius de *J. B. & P. L. 1. c. 2. §. 1. & c. Ideo que jus surrogatum continere dicitur. Hugoni Grotio *L. 3. de J. B. & P. c. 3. §. 6.* ultra quod testimonium Principis extendendum non est.*

§. VI.

Non levibus quidem rationibus comprobavi, Principi, de bellorum suorum justitia testanti, a subdito credendum esse, nunc instituti mei ratio requirit, ut et Ictorum scriptis ostendam, quod multo magis testimonio Principis adsentientium sit, dicentis, se constitutum esse in necessitate ad defendendam religionem Christianam, ita copiose hac in re subscribunt. Alexander *Vol. 2. Conf. 216.* Oldradus *Conf.*

## IN CAUSA PROPRIA.

23

*Cons. 258.* qui posterior cautionem addit, ne in hoc casu subditi scrupulose inquirant, ut faciunt aliqui decuriones temerata conscientiae quarundam civitatum, quoniam a jure id improbari, existimat arg. *L. doli, 19. in f. ff. de Novat.* Si enim in privatis contractibus & pactionibus non facile seire petitor potest, quid inter eum, qui delegatus est, & debitorem actum est: aut etiam si sciat, dissimulare debet, ne curiosus videatur: Ergo minus subditis convenit arcana status militaris a Principe expiscari: quoniam occulta & ignorata omnibus minantur partibus, valentque non parum ad homines alio distrahendos; e contrario tela prævisa minus nocent. *B. DN. de Jena Tr. de Rat. Status. Diss. III. Concl. 6.* Unde laudati Icti monent, quando non sit certum, an bellum justum aur utile futurum, Principis assertioni stare debeant subditi, & consiliariorum ejus declarationi, qui utique prius examinaverunt, an bellum quoque religionis causa juste suscipiatur. Neque enim cuvis de populo Princeps hoc indicare tenetur: quia sola Principis aut consiliarii ejus auctoritas in eo subditis sufficere, & testimonio fidem conciliare debet. Nam ex hoc solum, quod jura ipsi Principi dederunt, etiam virtualiter concesserunt potestatem belli indicendi. *L. une. C. ut arm. us. insci. Print. interd. Lib. XI. L. probibitum est. s. C. de jure fisc. Lib. X.* Quapropter Rolandus *Vol. 2. Cons. 91. n. 45.* statuit, vasallum teneri Domino suo de bello testanti credere, nec sibi met conscientiam conformare.

## §. VII.

Cum vero bellum feliciter confici nequeat sine militum stipendiis, quæ ex ærario principis solvuntur, hinc porro dispiciendum est, an testimonium Principis de ærarii indigentia æque ac de tributorum justitia plenam fidem mercatur. Ad indigentiam prius pervenio, atque existimo,

24 CAP. II. DE TESTIMONIO PRINCIPIS  
mo de hac Principis testimonium validum esse, partim  
quia causa publica, non autem Principis propria hic agi-  
tur, partim quia res inter subditos tractatur, tributa sol-  
ventes in publici imperii recognitionem. Quemadmodum  
igitur regulariter Principis adassertio ac testimonio stan-  
dum est subditis, sive de facto, sive de jure testetur, Ga-  
briel L. 1. de Probat. Concl. 139. Rolandus Vol. 2. Conf. 1. n. 194.  
adeo, ut testimonia Principum loco plena probationis es-  
se de mundi consuetudine, post Baldum aliasque veterum  
Ictorum probet Menochius Conf. 110. num. 26. Mascardus de  
Probat. cond. 1227. n. 119. ita potissimum de causa tributorum  
hoc in terminis adfirmat. Alexander Prudensis de Analog.  
L. 1. c. 34. n. 94. Natta Conf. 487. qui etiam extremæ superbiz  
fastigio tumidos illos esse exclamant, ut regalem sensum  
de necessitate tributorum negent. Quare miror, Mylero  
rum ab Ehrenbach in Nomologia c. 3. §. 11. Besoldum in Tr. de æ-  
rario. c. 4. n. 2. Klockium de contributionibus. c. 7. Conringium de  
Contributionibus. ab hac veterum sententia recessisse, acne-  
gasse in præsente negotio standum esse Principis testimo-  
nio dicentis, se non habere de suo ærario, quod ad publicos  
usus conferret. Verum nititur dupli falsa hypothe-  
si: quarum una est, quod causa tributorum sit causa Principis propriæ: cum tamen paulo ante ostensum fuit, quod  
causa publicæ non sint Principis propriæ: quia non ex-  
ercentur proprio illius nomine. Publica autem est collec-  
tio tributorum. Altera hypothesis, quod Princeps com-  
modum sentiat, subditi vero incommodum, nil quidquam  
urget: cum tributa principi solvantur ad sublevationem  
publicarum expensarum, vel plane nullum vel exiguum ejus  
commodum erit, & si quod onus patiuntur subditi, illud  
publica pax & tranquillitas rependit. Et quamvis Mylero  
concedam commoda tributorum percipere Principem, non

### IN CAUSA PROPRIA.

25

non tamen hæc testimonium ejus suspectum reddunt, quia commoda sunt imperii publici, quæ non suo nomine ad eum pertinent, nisi ita se gerat, ut adpareat, eum propter hæc commoda ad privatam utilitatem conversa suspectum fieri. Ex quibus constat, nec limitatione Cravetæ Conf. 207. n. 4. opus esse, quod tunc Principis testimonio de ærarii indigentia credendum sit, si consiliarii & processus ejus idem testentur.

### S. VIII.

Porro de testimonio Principis circa tributorum justiam, pauca in medium proferenda sunt. Hæc autem conditiones ad illorum justitiam faciunt (1) potestas, quæ in principe publicum imperium est (2) causa publica, ut necessitas belli aut alia urgeat, (3) proportio, ut facultatum ratio ineatur. Quibus observatis si Princeps tributa exigenda esse testetur, neque in testimonio, neque in exactione aliquid jure desiderari potest. Nefas enim est de Principis potestate disputare L. 3. C. de Crim. Sacrileg. Ergo etiam de jure exigendi tributa. Deinde necessitas publica a subditis non rite expenditur: ideoque de gravitate & iniquitate tributorum sine ratione queruntur, aut frustra exemptionem prætendunt, cum pars sint Reipublicæ, quod in clericis Pontificiis reprehendendum, paedagia rejicientibus cap. 4. de Censibus in 6to. Denique modus tributorum propterea voluntati Principis relinquendus est: quia pro eodem præsumtio militat, illum semper pro Republica & subditis suis id velle, quod optimum est. Menoch. de Præsumt. L. 2. Pr. 10. n. 1. sq. Hinc ea exigens juxta professionem patrimonii, aestimationem bonorum pro rata, descriptionem in catastro, nemini subditorum injuriam fecisse existimandus est Princeps, nisi quem minus pudeat, contumacia sua propriam revealare turpitudinem, quod pigritiae & otio indulgeat, nec

D

tantum

26 CAP. II. DE TESTIMONIO PRINCIPIS  
tantum de labore suo comparerit, de quo tributa solvere  
queat. Neque ad rem pertinet, quem Moralistæ injiciunt  
scrupulum. Diana *Resolut. Mor. II. P. 1. Tr. 3.* Vasquez *de Re-*  
*flit. c. 6. §. 3. dub. s.* in dubio testimonium Principis non  
sufficere, cum subditi in rerum suarum possessione sint:  
meliorem fore in dubio possidentis conditionem. Sed  
hoc quam maxime fallit, quia Principis jus tributa exigen-  
di, & ad ea obligandi subditos, multo validius est possessio-  
ne subditorum: illud enim ad publicam, hæc ad priva-  
tam utilitatem dirigitur. Præterea subditi dubitatio non  
potest præsumptionem justitiae, quæ pro Principe militat  
elidere, tamquam DEI in his terris vicario, quem ratio-  
nibus in speciem veri conflictis cuiusdam injustitiae argu-  
ere, cum officio boni civis pugnat.

S. IX.

De testimonio Principis in re militari & causa tributi  
dictum est: nunc id adipicandum erit ad res judicarias,  
quas tempore pacis Princeps gubernat. Quarum intuitu  
judiciale plenam fidem facit *per L. 3. & L. f. C. de LL. Clement.*  
*un. de Probat.* Cum præsumatur Principem curiæ sue con-  
suetudinem quam optime scire §. 7. *Inst. de Satisdat.* Mævi-  
us *P. 4. Dec. 2.* Brunnemann *ad L. 34. ff. de LL.* Baldus *in L. 2.*  
*ad fin. C. que sit long. consuet.* in primis si de curiæ feudalis  
consuetudine attestetur. Brunnemann, *in Cons. fin. n. 43.* at-  
que hoc Principis testimonium in Camera imperii ad pro-  
bandum sufficere. Rulandus *de Commis. P. 4. L. 3. c. 3. num. 8.*  
Klockius *Cons. Vol. 3. Cons. 101. n. 203.* satis superque tenuentur.  
De extrajudiciali vero consuetudine nec Principis attesta-  
tioni credendum esse docent, Reinkingius *de Regim. S. &*  
*E. L. 2. cl. 2. c. 9. num. 24.* Berlich, *Dec. 171. n. 10.* Philippi *in Uf.*  
*Pratt. Inst. L. 1. Tit. 2. §. 9. Eclog. 28. n. 8.* Neque ratio defi-  
cit:

## IN CAUSA PROPRIA.

27

cit: postquam enim ea, quæ facti sunt, prudentissimos quoque fallere possunt. L. 2. ff. de J. & f. ign. L. 12. §. 2. ff. de capt. & postl. rev. c. 3. X. de Offic. deleg. Et Principes in dubiis facti omnino errare queunt c. 1. de Conf. in 6to. Unde etiam est, quod Principi, dicenti rem esse notoriam, non credatur, cum multa dicuntur notoria, quæ non sunt c. 14. X. de Adpell. Cravetta Conf. 993. n. 17. 18. Jason conf. 86. n. 17. Farinacius de Testibus qu. 63. n. 130. seqq.

### §. X.

Ne vero ea convellantur, quæ in praecedentibus magno labore confirmata sunt, adhuc distingue mihi licet at de testimonio Principis circa consuetudinem introducam: De priore intelligenda sunt, quæ Principis testimonium elevant: De posteriore autem porro notandum erit, attestatum Principis ad illam probandam sufficere. Ratio pendet a comparatione Principis cum judice: Si enim judicum litteris standum c. 7. X. de Probat. c. 84. X. de adpell. arg. L. 14. ff. de off. Præf. ita ut adassertio judicis etiam non juratae, modo de rebus coram iis gestis sit Carpzov. P. I. Conf. 16. d. 27. plena fides habeatur: Ergo dubitandum non est, quin Principis attestato, quæ sub sigillo suo de consuetudine emisit, plenisimum robur conveniat: quoniam judicum instrumenta tanto probandi valore in casu simili inactantur. Brunnemann Conf. 32. n. 28. Klock. Vol. 3. Conf. 91. n. 223. Cothmann Vol. 2. Ref. 48. n. 52. Et quemadmodum in Judicem, virum bonum, nulla suspicio falsi cadere potest L. 18. ff. jud. L. 58. §. 1. ff. loc. ita multo minus de Principe hæc metuenda est circa testimonium de consuetudine introducta præstitum, quem præsumtio infallibilitatis tuetur. Interim necesse est, ut quod in judicis, id etiam in Principis attestato obseretur, ne scil. tenor ejus nimis generalis sit, sed potius exprimat actus, in quibus sic servatum esse, clare perspiciatur. Mevius P. 4. D. 2.

### §. XI.



Etsi autem Princeps, attestando, ita de causis publicis non videatur testimonium perhibere de propriis, ac proinde ratio a suspicione desumta, ei minus obstare possit; nihilominus sunt causas, in quibus contingit Principem vere testari, de causis propriis. Cujus valorem in lance veritatis expendere, gravitas negotii requirit. Ex publica enim auctoritate est, ut Imperatoris, Regis & Principis testimonio & adserzioni credatur, nec in contrarium probatio admittatur. Menochius L. 2. de A. f. C. c. 91. § L. 2. Presumt. 61. Ita omni exceptione majus est testimonium Principis de facto proprio, ex quo nullum commodum in eum redundat, ac neminem praejudicio gravet, licet in praejudicium Principis, adferentis cedere possit: immo etiam de omnibus, qua a Principi voluntate & potestate pendent, ut aliquem a se legitimatum aut nobilitate donatum esse. Hinc plena fides Principi habetur, sive verbis sive scriptis testatus sit, e. g. quod litteras moratorias debitori concesserit, veniam delicti fecerit: quia si cuius negotii solus Princeps faciendi jus habet, ejus etiam idoneus testis esse creditur: præsertim quod semper talis praesumatur, qualis esse debet.

## §. XII.

Exinde tamen Mylero ab Ehrenbach calculum addere non possum, statuenti in *Nomologia t. III. §. VI.* Principem in propria causa testimonium præstare, si quando adferat jus nobilitandi, famæ restituendæ & simile sibi competere. Nam ex superioribus liquido constat, exercitium horum jurium æque ac jura ipsa in causis publicis connumerari: quia non jure privato, sed publici officii atque summi imperii causa, quod in Republica gerit, ad Principem spectant

## IN CAUSA PROPRIA.

29

spectant ab eoque exercentur. Sicut autem judex inferior in causa ea cognoscens, ac testimonium perhibens, quæ ad ipsius officium & jurisdictionem pertinent, in causa publica egisse & cognovisse putatur: ita etiam se res habet cum Principe, cum testimonium deponit, sibi jura maiestatis non modo possessione, sed exercitio & usu ipso convenire: Unde eo minus pro suspecto teste haberi potest, quam judex suspensus non sit, si de prædictis causis judicat.

## §. XIII.

Occasione actus nobilitandi, legitimandi aliasve, in quo Princeps idoneum testem se sifist, amplissimus campus differendi se aperit, nisi ratio instituti mei ad alia, vocaret, argumentum de diplomatis, investituris & privilegiorum instrumentis pertractandi. Sed intra limites exercitationis Academia me continens hæc etiamnum addicio, quod diplomata Principum, documenta privilegiorum & investiturarum, ut vim validi testimonii habeant, sint litteræ patentes, sigillo Principis authenticæ L.27. §.3. ff. ad L. Cornel. de fall. ibique Gothofred. lvt. X attestantes aliquem a Principe dignitate, feudo alioque beneficio donatum esse. Ubi enim Principis manus, ibi non præsumitur dolus commissus: nisi charta blanca ejus nomine subscripta per intolerabilem audaciam quis abutatur. Huc igitur pertinet J.CtorumTubingensium Responsum d.a.1618. quod Beoldus refert in Tb. Pract. verbo. Lehren, p.951. Dahero nicht anzusehen/was Wenceslaus per privilegium gegeben/sondern was folgendes Lehnbar worden seyn. Et lectionem mereatur elegantissima dissertatio Illustris DN. Hertii *De Diplomaticis Germania Imperatorum & Regum*. Ad me enim quod attinet, in præsenti non tam de testimonio Principis in scriptis, quam ore tenus prolati, potissimum agere, mecum constitui.

D 3

§. XIV

Pluribus quidem demonstratum est, quod Principis testimonio & scripturæ plena fides adhihenda sit, si de facto testetur, quod ipsi, ut Principi constat, cum etiam officiali credatur in illis, quæ ad officium ejus spectant. Nihilominus in negotiis, uti contractus sunt & pacta, in quibus privatum Principis commodum versatur, & unde alteri injuria fieri potest, proprium testimonium non omni exceptione carere videtur. Bernhardus Multzius in *Represent. Imp. P. 2. c. 31. §. 1.* Fateor, in Principe etiam contrahente, cesare sinistram suspicionem fraudis *arg. L. 1. ff. de Pref. Præt. Vultejus V. 4. Conf. 18. n. 170.* sed, quia contractus Principis privati considerandi sunt ut actus partis, ac proinde facti eo animo ut communem LL. regulam sequantur. Grotius *L. 2. de j. B. & P. c. XIV. §. 5.* Unde Leges, quæ vetant, quemquam testem in propria causa esse *L. 10. ff. & L. 10. C. de test. c. 40. X. de test.* locum & hic habebunt, quasi sub ea conditione contractum fore aut lis contestata cum Principe. Deinde ratio naturalis quoque recurrit, qua suspicio, ex amore & sui ipsius studio nata, profertur. Nam illo acti homines, haut facile sincerum in causa propria ut judicium seqvuntur, ita testimonium perhibent: quia semper causæ suæ plus favent & tribuunt. Quantalibet dignitate alii præfulgeant, omnes tamen sibi malunt melius esse, quam alteri. Sicut vero Principi a contractu etiam cum subdito inito, ne quidem de plenitudine potestatis recedere licitum est. Gaius 2. O. 55. num. 5. 6. ita de eadem plenitudine circa factum proprium, uti contractus aut processus est, si commodum privatum concernat, testimonium suum obtrudere non potest. Quare in his, ne quidem imperatori aut Papæ credi, tralatitium est. Decius *Conf. 28. n. 3.* Socinus 2. *Conf. 127.* sed hos juxta ac alios Principes *jure pri-*  
*vato*

## IN CAUSA PROPRIA.

31

vatorum uti, communis adsertio est apud Gratianum in  
Disc. Forens. c. 310. n. 5. Fontanella Dec. 18f. n. 12. Neque de  
ea dubitare licet, quantum ad Principes Germaniæ nostræ  
attinet, quia non modo publicarum personarum locum  
nomenque tuentur, sed & respectu conventionum & litigii  
suarum pro privatis habentur, ideo privatorum jure  
eosdem hac in parte estimari non inique censeo. Nimirum  
testes quoque Principes, qui de dubiis tam conven-  
tionum, quam litium testari volunt, ab odio, amicitia,  
ira atque misericordia vacuos esse decet: ægre enim ani-  
mus verum providet, ubi illa obicem ponunt, ac propter  
ea quidquid in negotio proprio cum Principe peragitur,  
sine suspicione omni procedat. Interim hæc non reddunt  
testimonium Principis ipso jure nullum, sed exceptionem  
suppedant, quæ a parte opponi & probari debet, si mi-  
nus hoc fiat, & illud testimonium admittitur, secundum  
ea, quæ tradit. Brunnemann. ad L. 10. C. b. t.

## CAPUT III.

DE

## TESTIMONIO PRINCIPIS IN CAUSA ALIENA.

### S U M M A R I A.

Connexionis ratio.

Status controversie formatur:

quod sermo sit hic non de so-  
lemnitatis, sed veritatis testi-  
monio, sive in factis licitis sive  
in illicitis exigatur. §. 1.

De valore testimonii Principis in  
causa aliena

(1) antecessoris sui

(2) privati

subditii

extranei.

Rationes (1) a probabili ignoran-  
tia facti alieni, (2) a multitu-  
dine publicorum negotiorum  
solvuntur.

L. 77. ff

32 CAP. III. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

L. 77. ff. de V. O. expenditur.

Princeps in facto coram se gesto  
bene informatus esse creditur.

Excipitur testimonium Principis de  
facto

- (1) coram alio gesto,
- (2) ex relatione partis praesitum,
- (3) ex alieno auditu bastum,
- (4) ad prejudicium tertii di-  
rectum, §. 2.

Mylerus ab Ehrenbach refutatur,  
statuens, in causis antiquis et  
iam narrativa Principis verba  
ad testimonii validitatem sis-  
ficeret.

De privilegio antiquitatis quod ad  
modum & gradum probandi.

Scriptura Principis inter subditos  
suos plene probarat.

Testimonium Principis quoad non  
subditos examinatur.

Injuratum hoc casu non admitti-  
tur. §. 3.

De testimonio Principis in rebus  
naturalibus & artificialibus.

In his non omni exceptione magis  
esse demonstratur.

Exemplo de partus tempore illustra-  
tur.

Periti in arte quoad hoc testimo-  
nium Principi preferuntur. §. 4.

Q. An unius Principis testimonium  
plene probet?

Negative rationes

- (1) a jure divino.
- (2) a Lege civilia.

Adfirmativa preferuntur

- (1) a pacto partium, uno  
teste contentarum.
- (2) a comparatione Princi-  
pis cum notario.

Limitatur sententia (1) de negotiis  
civilibus.

- (2) de rebus minoris momenti &  
prejudicii

Solvuntur dubia.

A jure militari petitur illustratio  
quod unius Duxis testimonium  
valeat de morte militis.

Excipiuntur hic etiam, prater cau-  
sas criminales, matrimoniales.

§. 5.

De testimonio Principis quoad be-  
ne merita, cui plena fides debe-  
tur.

Rationes adducuntur

- (1) a premiis Reipublicae
- (2) ab officio Principis.

Limitatur: (1) in diplomaticis  
specifice merita non esse ex-  
primenda.

- (2) equalitatem meritorum mi-  
nus necessariam esse. §. 6.

Testimonium Principis circa idone-  
itatem persona officio admota  
non diffutandum est.

Rationes.

(1) ob

## IN CAUSA ALIENA.

- (1) ob periculum sacrilegii politici.  
 (2) ob presumptam dispensationem.  
 (3) ob infallibilitatem civilem.  
 Clausula ex certa scientia codicilis vocationis non inferenda est.  
 Exemplum de senatore, quem Princeps commendavit, non rejicendo.  
 Limit. nisi falsa commendatione Principi obrusus est. §. 7.  
 Testimonium Principis circa criminalia occupatarum expenditur.  
 Ad inquirendum vel torquendum, non vero ad condemnandum sufficit.  
 Non obstante, quod Princeps testetur de viu, & juramento hoc confirmet.  
 Exemplum Henrici II. Regis Gallie. Excipitur notiorius rebellis. §. 8.
- Testimonium Principis de criminis semiplene probat. 33  
 Ad torquendum facit indicium.  
 Ex mente Brunnemann & Oldekopii juratum esse debet. §. 9.  
 De Rescripto Principis ad torquendum emissio agitur.  
 Videndum judici, ne sit ob & subscriptum.  
 Quale est a delatoribus extortum.  
 Hoc casu tuius est judici, officium resignare, quam insontem cruciari. §. 10.  
 De Testimonio Principis, quod perhibet de felonie vasalli.  
 Cui ideo non credendum est  
 1) ob commodum Principis proprium.  
 2) ob singularitatem testis.  
 Grammatici contraria sententiae deferuntur.  
 Conclusio. §. 11.

### §. I.

**N**emo non intelligit Principis testimonium, quod in causa aliena praestat, ultimum locum sibi vindicare. Nam & controversiarum gravitate, & argumentorum speciose motorum difficultate quam maxime abundat. Unde partim negantes, partim hæsi- tantes, partim distinctionis fœdere inter se cohærentes hic autores deprehendi. Quorum conatus ad veritatis lumen prius expendendi sunt, quam vela contrahens, proram littori advertam. Ne vero propositi mei faciam naufragium, ipse anchora distinctionis nitar. Est enim testimoniī,

E

monii,



34 CAP. III. DE TESTIMONIO PRINCIPIS  
monii, quod Princeps auctoritate sua confirmat, dictio  
vel solemnitatis, vel veritatis: non de illa, sed de hac in  
præsenti disceptatur. Neque interest, sive ad licitum sive  
ad illicitum factum referatur, cum potius de utroque Prin-  
cipem idoneum fore testem, deinceps ostendam.

S. II.

Valde autem controversa & satis adhuc intricata est  
quæstio: An Principis testimonio in causa aliena fides ple-  
na debeatur? Nemo enim iustitas ibit, qui modo aliquid  
studii in Legum prudentia collocavit, dubitandi ansam de-  
disse hanc rationem, quod ignorantia facti alieni probabili-  
lis sit. L. 1. C. de Probat. L. 13. S. f. ff. de Publ. in rem act. L. f. S.  
1. ff. pro suo. Ac in dubio, donec ab adversario contrari-  
um probetur, illa præsumatur. arg. c. 14. de R. I. in 6to. Et  
hoc æquisime constitutum: non in privatis modo, qui-  
bus magno vertitur vicio, si in aliena facta scrupulose in-  
quirant L. 6. ff. de J. & f. ign. sed præ ceteris etiam in Prin-  
cipibus, qui multitudine publicorum negotiorum obruti,  
præsumtae obvioni aut ignorantiae in rebus alienis locum  
concedunt. arg. c. 41. X. de Rescript. Accedit diversitas cir-  
cumstantiarum, quæ prudentissimos & diligentissimos haut  
raro fugere solent. Verum pro his dubitantium fluctibus  
componendis, necesse est, ut æqui amans dispiciat, primo  
an Princeps testetur de facto & voluntate antecessoris sui,  
an potius de illo negotio, quod vidit ante imperium ade-  
ptum: non posteriori casu, sed priori hæsitandum est cir-  
ca testimonium Principis: cum, qui in alterius locum suc-  
cedunt, justam habeant causam ignorantiae. L. 42. ff. de R. I.  
Neque obstat L. ad diem 77. ff. de V. O. ubi ex promissione  
a defuncto facta ad diem sub poena, heres tenetur ad poe-  
nam, si post mortem promisoris ignorante herede dies  
extiterit. Ita est quidem ex jure stricto, ut poena contra  
here-

## IN CAUSA ALIENA.

JUL. 17. 53

heredem committatur: nihilominus ex æquitate naturali restitutio in integrum propter probabilem ignorantiae causam lasso successori conceditur. arg. L. 1. ff. ex qu. cauf. maj. quam in actibus Principum privatis locum omnino habere, ut semetipso propria auctoritate restituant, late defendunt Hugo Grotius de J. B. & P. L. 2. c. 10. §. 12. Pufendorfius de J. N. & G. L. 8. c. 10. §. 2. Deinde etiam videndum est, coram quo factum alienum gestum sit: Si enim coram Principe gestum, ejus testimonio credendum: quia ex certa scientia adserit, in primis si addat, se bene informatum hæc testari, aut motus proprii mentionem injiciat. Illustr. DN. Strykius in Diff. de motu proprio. Farinacius de Testib. qu. 63. n. 135. 148. Gabriel Conclus. 2. n. 10. 11. Menochius cas. 99. n. 5. Sin vero coram alio gestum sit, & ipse Princeps in relatione & narratione partis se fundet, aut etiam de auditu alieno referat, & adsertioni obiter factæ innitatur, testimonium ejus, præsertim præjudicio tertii interveniente, labescit. Unde in specie ne ipsi quidem imperatori historice aliquid adserenti standum esse, volunt Gilckenius de Prescript. P. 3. c. 3. n. 198. Gryphiander in Weichbild. Saxon. c. 55. n. 1. seqq. Farinacius l. c. n. 171. & 190.

## §. III.

Ex his sententia Myleri ab Ehrenbach, quam in Nomologia c. IV. §. 5. obducta pro more suo testium nube proponebat, examinari potest, quod nempe in causis antiquis verba Principis, etiamsi narrativa & historicæ sint, de facto alieno, fidem mereantur. Sane id non tam procedit a valore testimonii, quod Princeps præstat, quam ab antiquitatis privilegio pendet: cum antiquitas & privilegium Principis ad paria censeantur. Reinckingius de R. S. & E. cl. 4. c. 15. n. 8. Unde in antiquo facto, exigente ejus difficultate, probationem quoque imperfectam, conjecturatam & levio-

E 2

rem

36 CAP. III. DE TESTIMONIO PRINCIPIS  
rem sufficere, attendit a Mylero citatus Mascardus *de Probat.* *concl. 103. n. 12. concl. 107.* Cui insuper observandam erat, non tam verbali traditione, quam instrumentorum productione probari. Marpurgenses *P. 3. Conf. 52. n. 202.* Hinc etiam concludi potest, si privata scriptura viri ingenui in antiquis semiplene adhuc probat. Nicolaus de Pasteribus *in Tr. de Scriptura Privata* *n. 72. p. 31.* nulla exceptio fingenda erit a Mylero, si scriptura Principis in antiquis plene apud subditos suos probet, quia illorum causa pro instrumento publico reputatur, quod rem liquidam facit. Alexander *Conf. 119.* Non tamen sine gravi causa subditorum habui mentionem, cum testimonium Principis in causa extranorum, qui nec mediate, nec immediate ejus imperio subiecti sunt, licet majestatem ejus comiter observent, pro privato censeri soleat: Adeoque non obstante assertione mea superiore, nullus dubito adfirmare, quin Princeps ab extraneo testis productus, tum ob cessantem præsumptionem infallibilitatis, tum ob conditionem modo dictam, quod privati instar sit, ad juramentum testimoniale constringi possit, quo sensu limitandam opinionem esse Grevenii *L. 2. Concl. 59. n. 3.* Fabricii *ad Gail. 2. O. 59. S. 1.*

S. IV.

Porro ex dictis consequitur, Principis testimonio in rebus, quæ ex naturæ ordine aut ex sententia periti artificis dependent, non absolute & sine ulla exceptione credendum esse, adeo, ut in illis ne quidem determinatio ejus legalis jure stricto valeat. *arg. L. fin. C. si ex falso instr.* *DN. Martini in O. P. 5. tit. 34. §. ult. n. 143.* Ecce enim si princeps partum, septimo vel octavo demum mense natum, a die nuptiarum celebratarum, pro legitimo haberit velit. *L. 12. ff. de stat. Hom. L. 3. §. pen. ff. de suis & legit. hered. ejus sententia, contemto naturæ ordine, præcise accedendum non est,* qui-

## IN CAUSA ALIENA.

37

quibus adctirata hodiernorum Medicorum experientia constat, sexto mense posse vivum etiam partum nasci. Alphonsus a Caranza *Tr. de Partu legitimo c. 17.* Ammann in *Medicina Critica cas. 4.* ubi Facultatis Medicæ Lipsiensis præjudicium adfert, qui ante septimum mensem editum foetum pronunciarunt legitimum. Vid. Menochius *L. 2. A. I. Q. cas. 89.* Carpzovius *P. 3. C. 17. d. 18.* In rebus namque physicis Princeps, ut nec Legem immotam ferre, ita nec testimonium exceptione majus dicere potest. Terminos suos natura servat, neque ars deserit illius æmula, ideoque ordinem cuiusque ille sequi tenetur.

### §. V.

Dubitati adhuc juris est: An unius Principis testimonio plena probatio fiat? Negantim partes secuti, nituntur oraculo juris divini *Deut. XVII. 6. Math. XXIX. 16.* Quod in ore duorum testimoniis consistat omne verum: nec non provocant ad *L. 9. §. 1. C. de test.* Unius omnino testis responsio non audiatur, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat: Sed affirmantium opinio vero similior esse videtur, quam his rationis stabilunt. Etenim pactum valet, quo unius testimonio stetur in civilibus, præsertim quod partes convenire possunt, ut probetur ipsius adversarii testimonio, prout exemplum occurrit in *L. fin. C. de fideicommiss.* multo magis proceder, ut unico Principi plene credatur. Id quod statuto introduci posse, contra Farinacium *de Testib. qu. 63. n. 9. 10.* Treutlerum *Vol. 2. Conf. 109. n. 6.* Mascalbum *de Probation. Conclus. 1227. n. 24.* tuebor. Nempe si exemplum circumstantiae serventur, ut nullum alterius præjudicium immineat, nec negotium sit magni momenti. Brunnemann *Cent. 4. Dec. 40.* Deinde notario creditur, si intra officium suum deponat, ubi habet vicem duorum; sed unius si extra officium suum testetur. Mevius *P. 3. Dec. 171.*

E 3

Quanto



38 CAP. III. DE TESTIMONIO PRINCIPIS

Quanto eminentior jam Principis persona est notario, tanto certius & constantius ejus erit unius testimonium, cum primis in illo negotio, de quo agitur, ipse solus sit instructus & plures testes haberi nequeant. Mynsingers. O. 26. Perez in Comment. C. I. de Testib. num. 17. Ne falcam in alienam mentem missile videar, breviter moneo, citata Scripturae S. testimonia de criminibus agere, in quibus plene probandis non posse unum testem sufficere, paullo post edidseram. Textus autem ex codice, si nimis opponatur, cunctis adparebit, illum comparatione tantum nisi magistratum Romanorum cum Principibus Germaniæ, quæ passim reprobatur. Neque enim præclaræ curiæ honore Principes nostri præfulgent, sed superioritate territoriali instruunt, quæ ut major dignitas, ita meliorem fidei præsumptionem excitat, quam supra evici. Quia vero de unius Principis testimonio in causis civilibus tradidi, in militibus quam maxime procedunt. Ita unius Ducis, cuius officio potissimum ætate nostra Principes funguntur, testimonio fides habetur, quippe qui præsentiam suorum habere præsumitur, cum in scriptis adsignatos habeat milites suos, Nov. 117. c. 11. Finckelthaus O. 85. Bürger O. Milit. Cent. 3. O. 42. Ceterum in matrimonialibus negotiis fallit, quidquid de uno Principe teste commentatus sum, quia hæc cum criminalibus æquiperantur. Carpzov. Jpr. Conf. L. 2. T. 14. d. 241. & L. 3. T. 4. d. 54.

§. VI.

Cum vero dignitates omnes a Principe, tamquam a fonte profluere & ad eundem refluxe dicantur, immo thesauri dignitatum in eo reconditi esse censeantur. Rosenthal Synops. de Feudis P. 1. cl. 5. n. 3. non mirum est, testimonio Principis plenam fidem adhiberi, si de bene meritis officium vel dignitatem evecti deponat. Nam in ea adseritione

tione Princeps omnium optime informatus esse censetur, adeoque ipsius dicto firmissime confidendum est secundum Clementin. i. de Probat. Pacianus L. i. de Probat. c. 48. num. 66. Peregrinus i. Conf. 4. n. 30. cum dignitates & officia sint Reipublicae præmia, quæ sine meritis conferri nequeant. Principes igitur, qui plenus justitie & æquitatis esse præsumuntur. Menochius L. 6. de Presumt. 59. illa perdidisse aut in immeritos contulisse non putandus est. In primis si attendatur, quod in tali casu non de proprio Principis commodo, nec de præjudicio tertii, sed de facto alieno eoque summe necessario ac utili Reipublica agatur. Principi vero in iis, quæ cum ipsius utilitate conjuncta non sunt omnino fides tribuenda est. Arumæus L. 2. Dec. 5. n. 36. Grammaticus Dec. 65. Decius Conf. 449. num. 27. Neque ulla dignitas reperitur, quin majestate Principis jubente, sustineatur L. 5. C. de Dgn. Ac proinde sàpius accidit, abjectos manere, quæ virtus commendat, quia publicum testimonium & præmium virtutem eorum non comitatur. Neque tamen necessarium est, ut Princeps propter bene merita dignitatem alteri concedens in diplomate aut codicillis principalibus eadem specifice ac nominativum exprimat. Siquidem in his occurrentem defectum facile Principis liberalitas supplere potest, prout alias in donatione remuneratoria usu venit, quæ non præcise requirit æquitatatem meritorum. Excell. DN. Textor. Dec. 31. n. 3.

## §. VII.

Hinc etiam, quod familiare multis est, dubitare non licet de idoneitate ejus ministri, quem Princeps publico testimonio suo pro idoneo declaravit L. Sacrilegij. 5. C. de div. Rescrip. præ ceteris autem in L. disputare. 3. C. de Crim. Sacrileg. temeraria isthac dubitatio his verbis reprimitur:

40 CAP. III. DE TESTIMONIO PRINCIPIS  
mitur: *Disputare de principali judicio non oportet, sacrilegii enim instar est, dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Imperator.* Princeps enim censetur dispensare super alicuius inhabilitate, scienter eum ad officium aliquod provehendo, ne alias ludere velle videatur, quod contra ejus maiestatem est, & hoc, si quando adest, impedimentum tollere potest. Constat autem debet, Principem scire istud impedimentum, quia non in sola promotione fundatur dispensatio. Quamvis necessarium non sit, ut exprimatur in codicillis promotionis ea inhabilitas, aut etiam inseratur illis hæc clausula ex certa scientia, sed præsumpta infallibilitas, quæ pro Principe militare solet, inter subditos attestante, generali ejus adsertioni nullam non fidem conciliare potest. Gabriel L. I. *Comm. Op. Tr. de Præsumt.* r. 8. Menochius L. 2. *de Præsumt.* 20. Nam Principis testimonium, quod alicui dedit, disputandum non esse, in apri-  
co est. Quare indignus nequit dici publico officio, qui a Principe testimonium habet spectatae vitæ & virtutis, cuius gratia eumdem ita evexit ac nobilitavit. Cöler *Dec.* 203. num. 22. seqq. Nominatim dicendum est de eo, quem Princeps senatus commendat, inter electos ad civitatis ad-  
ministrationem tamquam inhabilem rejici aut præteriri non posse. DN. de Lyncker *Dec.* 719. Nisi per fallam com-  
mendationem Principi obtrusus sit.

### §. VIII.

Etsi vero testimonium Principis in modo dictis ne-  
gotiis plenam fidem mereatur, in criminalibus tamen tem-  
perandam esse hanc sententiam arbitror cum Farinacio *in*  
*Tr. de Test. qu. 63. n. 179*, qui arbitrio judicis relinquunt, quan-  
tum quoad poenam infligendam nudo Principis testimo-  
nio tribuere velit. Neque enim deficientibus aliis proba-  
tionem

## IN CAUSA ALIENA.

4r

tionum momentis, denunciatum suppicio statim subjicere Principi licet. Profecto in Principis voluntate sola situm non est, pro arbitrio condemnare, quem velit sive confessus e convictus legitime fuerit, sive non. Expediti enim juris est, neminem condemnari posse ad poenam mortis tam naturalis, quam civilis ex conjecturis & presumtionibus, sed hoc casu probationes exiguntur plenæ ac luce meridiana clariores. *L. absentem s. ff. de pœn. L. ult. C. de Probat. Conf. Crim. Caroli V. art. 22. in fin. Julius Clarus in Pr. Cr. §. ult. qu. 20. n. 6.* Testis autem unus crimen non plene probat ad effectum condemnationis, licet veritatem ejus semiplene demonstret, quoad inquisitionis & torturæ effectum, de quo postea agam. Atque hæc adeo vera sunt, ut ne quidem ad Principis testimonium, etiamsi dicat, se vidisse ab incarcerated, crimen commissum esse, absque alio conteste reus condemnari debeat. *Conf. Crim. Caroli V. art. 67. Carpzovius Pr. Cr. qu. 114. n. 46. Rosbach. Proc. Cr. T. s. c. 1. n. 23.* præsertim quod ad poenam mortis attinet, quia nemo affici potest, qui confessus non est. *L. 18. §. 1. ff. de Quæst. DN. de Lynker. Dec. 1451.* Qua de causa Henrico II. Regi Galliæ, sancte juranti, quod hominem quemdam in turpissimo scelere deprehendisset, non crediderunt judices, sed hominem dimiserunt. Vid. Carpzovius *ad L. Reg. c. 2. s. 7. n. 17.* Ad notorium vero rebellem hæc extendenda non sunt, quem Princeps sine citatione condemnare ejusque bona confiscare optimo jure potest. *Peregrinus de Jure Fisci T. de Crim. que morte non extingv. n. 1.*

### § IX.

Quamvis igitur ex solo Principis testimonio nemo capite damnari queat, quod in præcedentibus deductum est, nihilominus si Princeps ut testis deponat de crimine,

F

semi-

42 CAP. III. DE TESTIMONIO PRINCIPIS  
semiplena probatio est, quæ ad inquisitionem & tortu-  
ram idoneum facit indicium *Conſt. Crim. art. 30.* quia ille  
unicus testis ex optione major est. *L. 1. §. 4. L. 20. ff. de quaſt.*  
*L. 3. C. de Crim. leſe Majef. & notentur verba citati articuli,*  
mit einen einzigen gutem taugendlichen Zeugen. *Quem ta-*  
*men B. Brunneimannus In Proc. Inquisit. c. 8. m. 2. num. 43. li-*  
*cet in maxima dignitate fuerit, sine juramento ad testi-*  
*monium admitti vetuit: quia quo gravius est negotium,*  
*e. g. crimen capitale, eo firmiora & graviora argumenta*  
*atque indicia præcedere debent. Oldeckop in O. Crim. ult.*  
*Crusius de Indicis P. 2. c. 5. n. 84. quibus utique majus robur*  
*Jurameutum addit.*

### §. X.

Ceterum judici, qui Rescriptum habet Principis de-  
reo sine legitimis indiciis torquendo, ex laudato illius te-  
timonio, nullum prælidium excusandæ crudelitatis & in-  
juriæ suæ paratur, quod jussus superioris factum inferio-  
ris excuset. *Mascardus de Probat. concl. 1135.* Sed isthæc ra-  
tio judicem vix tutum præstare poterit in foro conscientiæ  
suæ. Jussus enim superioris, et si in levioribus non tamen  
in gravioribus judicem excusat. Præsertim quod ejus-  
modi Rescriptum cum alterius injuria conjunctum, irri-  
tum & nullum sit. *L. 3. C. de prec. Imp. off. L. 3. C. unde vi. ut-*  
*pote quod per exsecrabilis nunciatores plerumque extor-*  
*tum est L. 4. C. de Delator. Lib. X. Petrus Antonius de Petra*  
*in Tr. de Jure quaſto per Principem non tollendo. O. 15. num. 92.*  
Unde magis consultum videtur judici, ad Rescripti hujus  
exsecutionem coacto, officio potius renunciare, quam in-  
justa exequi. *Rolandus Vol. 3. Conf. 12. n. 47.*

### §. XI.

Qua ratione fides haberi non potest nudo Principis  
testimo-

### IN CAUSA ALIENA.

testimonio, licet domini directi, quando deponit vas-  
lum perfidum fuisse, vel aliter deliquisse, ut sibi propter  
ea ex capite feloniae feudum caducum & apertum esset.  
Ratio in promtu est, quia hoc testimonium ad proprium  
Principis commodum attinet, in quo captando ne Imper-  
atori aut Papae credendum esse, volunt. Decius *Conf. 528.*  
*n. 3.* Socinus *2. Conf. 127.* Borcholt *de feudis cap. 4. n. 22.* eo  
usque progressi, ut quamvis hoc juramento adfirmaverit,  
solo ejus testimonio standum non esse. A quibus plane  
dissentit Grammaticus *Dec. 43. n. 68.* quod Princeps supre-  
mus si adserat, aliquem fuisse sibi ingratum, non opus  
sit alia probatione, sed assertioni ejus plene credendum  
esse. Quanta etiam fiducia haec dicantur, attamen priori  
sententia subscribo, ea etiam ratione premente, quia  
Principis ut unius testis dictum propter summum Vasalli  
præjudicium vacillare potest. Marius Giurba *Conf. 90. n. 20.*  
Neque enim condemnat, nec justificat unius attestatio,  
quod aliquoties a me repetitum est. Quare brevitatis  
gratia memor, huic etiam opella finem impono: cum  
mihi religioni ducam, ea, quæ doctiora ab aliis proferri  
possunt, hic cumulare, facemque velle meridiei cla-  
rissimam ascendere.

### COROLLARIA.

I.

Mulier in criminalibus negotiis de Ju-  
re Canonico testis esse non potest:  
Ergo nec Augusta.

2. Cle-

2. Clerici testes de jure Canonicō jurare tenentur, non obstante fide clericali.

3. Si Superintendens debet jurato depōnere, tunc coram Consistorio hoc expedientum est, cui iudex sacerdotalis debet articulos & interrogatoria transmittere.

4. Etsi testis post depositionem testimoniī evomit injurias in inquisitum: ejus tamen fides non infirmatur.

5. Inimici facile mentiuntur L. I. §. 24 ff. de Quast. Ergo ne testes quidem esse possunt, etiamsi utriusque partes inimici sint, quod contra Carpzovium P.J.C. 16. d. 56. n. 6. tuebor.

SOLI DEO GLORIA.



**ULB Halle**  
001 871 366

3



56





